

www.libtool.com.cn

MASTER NEGATIVE
NO. 93-81451-21

www.libtool.com.cn

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PETERSEN, E.

TITLE:

DE CARERE PHIGALENSI
ATQUE DE DIPOENO...

PLACE:

DORPATI LIVONORUM

DATE:

[1874]

Master Negative #

93-81451-21

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

885 Dissertation
28 v.5 Petersen, Eugen Adolf Hermann, 1836-1919
De Cerere Phigalensi atque de Dipoeno et
Scyllide disputatio
Dorpat 1874

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm

REDUCTION RATIO: 13X

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

INITIALS BAP

DATE FILMED: 6/3/93

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



www.appliedimage.com.cn




AIIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

20.5
S O L L E M N I A
CAESAREAE
UNIVERSITATIS DORPATENSIS

QUAE

QUO DIE HAEC ACADEMIA OLIM CONDITA EST

DIE XII MENSIS DECEMBRIS ANNI MDCCCLXXIV

HORA XII IN AULA MAGNA

ORATIONE

C A R O L I E R D M A N N I

P. P. O.

ET RENUNTIATIONE

VICTORUM IN ERUDITIONIS CERTAMINIBUS PRAEMIA ADEPTORUM

PUBLICE AGENTUR

RITE CONCELEBRANDA

DOCTORES OMNIUM ORDINUM AMPLISSIMOS ET COMMITTONES HUMANISSIMOS ET
QUICUMQUE REBUS NOSTRIS LITTERARUMQUE STUDIIS BENE VOLUNT

OMNI QUA PAR EST OBSERVANTIA

INVITAMUS

RECTOR ET SENATUS.

SUBIECTA EST E. PETERSEN DE CERERE PHIGALENSI ATQUE DE DIPENO ET SCYLLIDE DISPUTATIO.

—
—
—
—
DORPATI LIVONORUM

G. GLAESER TYP'S DESCRIPTSIT.

1874

Cum ad artis historiam non parvi intersit, quid de Cereris simulacris Phigalensium statueris, et de ligneo illo antiquissimo et de eo quod post Persica bella Onatas fecisse dicitur apud Pausaniam 8, 42, tum ad mythologiam Graecorum permagni refert, utrum quas Phigalensium et Thelpusaorum de Cerere opiniones rettulit Pausanias, genuini et antiqui mythi sint, an arbitraria posteriorum temporum figmenta. Quarum quaestionum cum priorem tribus abhinc annis tractassem¹⁾, et viderer mihi demonstrasse et ipsum Onatam mytho deae involutum esse, iam alterum eius rei exemplum proferre volebam, cum libris nuper a Rosenbergio et Foersteru editis ad alteram quam dixi quaestionem de mythi illius antiquitate suscipiendam coactus sum.

Atque Rosenbergius quidem in libello, quo et ad artem Graecorum et ad religionem aliquid contulisse sibi videtur²⁾, iisdem fere argumentis mythum impugnavit, quibus ante eum Prellerus³⁾ usus erat et Welckerus⁴⁾ et H. D. Müllerus⁵⁾. Cautius rem egit Foersterus⁶⁾ sed ut mihi quidem non prorsus liqueat, quid de Phigalensium Thelpusaorumque mytho statuat, videatur autem ad Rosenbergii sententiam inclinare. Foersterus enim unum illum celeberrimum qui est de raptu Proserpinæ mythum persequens, hunc cum Pelasgis iam inmigrasse contendit. Quodsi eum p. 7 Phigaliā quoque antiquissimis temporibus pervenisse statuit et tam antrum in Elaio monte situm quam ligneum illud Cereris Nigrae simulacrum ad Proserpinæ raptum referendum dicit p. 7 et 19, non potest non quae de Cerere in equam conversa Phigalenses tradebant posterioris originis iudicasse vel aliunde certe admixta⁷⁾, nam duas iraundiae causas male coniunctas esse adparet⁸⁾.

1) *Kritische Bemerkungen zur ältesten Geschichte der griechischen Kunst* in annali gymnasi Ploenensis a. 1871 p. 35 sqq.

2) *Die Erinyen. Ein Beitrag zur Religion und Kunst der Griechen von Adolf Rosenberg*. Berlin 1874 p. 24 sqq.

3) *Demeter und Persephone*. Hamburg 1837 p. 149 sqq. Nihil fere mutatum de sententia in Graeca mythologia, neque in secunda editione, neque in tertia quam curavit Plewius I p. 591 (a. 1872).

4) *Griechische Götterlehre* II p. 490 sqq. (a. 1859).

5) *Mythologie der griechischen Stämme*. Götting. 1869 p. 414.

6) *Der Raub und die Rückkehr der Persephone*. Stuttgart 1874.

7) Eodem fere modo Prellerus *Dem. und Pers.* p. 145; Welckerus I. I. II. p. 490. Non recte Rosenbergius p. 30, 2 citavat O Jahnium, *Hermes* III p. 328; is enim posteriore demum aetate Eleusiniorum ritus ad Thelpusaos permanasse docet.

8) Paus. 8, 42 τὸ δὲ ἀπὸ τούτου λέγουσα θυμῷ τε ἀμα ἐς Ποσειδῶνα αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῆς Περσεφόνης τῇ ἀρπαγῇ πάνθει χρωμένην μᾶλιναν ἐσθῆτα ἐνδῦναι.

Quid est igitur quod moverit Prellerum aliosque viros doctos, ut nativum Arcadicum mythum adgnoscere nollent. Respuebant scilicet eam religionem, qua tam absurdia de dis credi possent: Cererem, quo melius intempestivum Neptuni amorem effugeret, in equae formam abisse et gregi sese inmischuisse; at Neptunum in eandem formam conversum equum equae insiluisse. Inde illam Despoenam filiam (et ex Thelpusaeorum mytho Arionem equum filium) peperisse, sed ob iniuriam acceptam furentem antro se abdidisse⁹⁾.

Ut iam concedam, quod minime concedendum videtur, qui posthac dei habiti sunt religione cultuque venerabiles, eosdem ab initio deos fuisse, tamen neque amores neque odia neque formae istiusmodi commutationes, et maxime quidem cupiditatis aut explendae causa aut evitanda, ab antiquorum deorum natura aliena fuisse constat. Quorum mythorum qui magnam partem ex arbitrio poetarum confictam esse contendit, ut ipse quoque contendo, concedat tamen idem oportet, nisi ad nativorum mythorum exemplum illa confingi non potuisse. Illum autem mythum si Pausaniae quidem aetate et Phigalenses et Thelpusaei verum hand dubie existimaverunt, non capio profecto, cur, quod posterioribus temporibus permittendum, idem antiquioribus denegandum sit. Ab hominibus rei equariae deditis inventa esse autumant¹⁰⁾. Quod recte illi dicent, si easdem ab origine opiniones pro victu cultuque hominum mutari putarent, ut alii evaderent mythi mythorumque figurae apud pastores, alii apud agricolas, alii denique apud maris accolas. Illi vero neque hoc volunt neque eiusmodi figmenta qui differant a genuinis mythis adcuratius explicaverunt.

Sed praeter sensum, iudicem in his rebus parum certum, aliis quoque argumentis Rosenbergius utitur, a Prellerero illis et Welckero ante praeparatis. Comparavit inter se quae diversis locis diversa de equo a Neptuno procreato tradita accepimus apud Thessalos, in Boeotia, in Arcadia. Atque quamquam non alios tantum mythos, sed maxime etiam Eleusinium cognatum esse existimo, iisdem tamen finibus me continere volui.

9) Paus. 8, 25 καὶ τοῦ δὲ Ἐρινὸς οἱ θελπούσαι τὴν θεόν — τῷ θεῷ δὲ Ἐρινὸς γέγονεν ἡ ἐπίκλησις (πλανωμένη γάρ) τῇ Δήμητρᾳ, (ἡνία τὴν πάτητα ἔζησε) λέγουσις ἐπεσθίει σὲ τὸν Πισειδῶνα ἐπιθυμοῦντα αὐτῆς μηχαναῖς, καὶ τὴν μὲν ἐς ἵππον μεταβαλλόντα ὄρῳ ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὄγκαις, Πισειδῶν δὲ συνήσιν μηχαναῖς, καὶ συγγίνεται τῇ Δήμητρᾳ ἀρτεν ἵππῳ καὶ αὐτὸς εἰκασθεῖς — τὴν δὲ Δήμητρᾳ τεκεν φασι ἐκ τοῦ Πισειδῶνος θυγατέρα — καὶ ἵππον τὸν Ἀριόνα. Cap. 42 μὲν δὴ οἱ ἐν θελπούσῃ λέγουσιν ἐς μὲν τὴν Πισειδῶνα καὶ Δήμητρας κατὰ ταῦτα σχισμοὶ Φιγαλεῖς νομίζουσι, τερψθησαν δὲ ὑπὸ τῆς Δήμητρος οἱ Φιγαλεῖς φασι οὐκ ἵπποι, ἀλλὰ τὴν Δέσποιναν ἐπονομαζούμενην ὑπὸ Ἀρκάδων. Ira deae ex Thelpusaeorum opinione praecesserat partum, quem ex Phigalensium secta erat.

10) Prellerus l. l. p. 151; ut Welekerus p. 491 ita Rosenbergius p. 32 cum contemptu dicit: *Rosszüchterlegende*. Nullis equis mythum nasci non potuisse certum, nullo equitatu non potuisse, nemo facile Prellerero (cf. p. 151) concedat. Quod II. D. Müllerus p. 415 opinatur, recentiorem fabulam originem vel Arionis et Proserpinæ mentione demonstrari, id nihil est. An nulli antiquo nativoque mytho posterioris quidquam notae adsutum esse tibi persuadebis; ut nihil dicam de Arione, quem scire velim quibus argumentis Müllerus p. 15 epicorum poetarum inventum sibi probaverit. Eiusdem levitas est alterum, et verbis Pausaniae 8, 25, 5 ἐπὶ τούτῳ δὲ πορά σφιντον Ἀρκάδων πρώτοις Ιππον Πισειδῶνος δισμασθῆναι adparere, explicandi cognominis causa fabulam fictam esse. Quod quam facile est ad ponendum tam difficile ad comprobandum.

In Thessalia igitur Neptunus equum genuisse dicitur aut ita, ut terram¹¹⁾ vel rupem aliquam¹²⁾ tridente percusserit, aut ex ipso deo conceptum equum in lucem ediderit rupes, quae quasi proprio nomine dicitur Petra, ut tamen vel sic rupem aquae dimittendae causa cum equo generando conexas adpareat¹³⁾.

In Boeotia Furiae amore incensus dicitur Neptunus sub equi forma cum ea concubuisse et equum famosum, qui dicitur Arion, genuisse ad fontem Tilphossum. Ita cydici poetae tradidisse feruntur¹⁴⁾, cum Homerus satis habeat divinum Arionis ortum significasse Il. 23, 346, alii autem poetae pro Furia nominaverint Harpyiam, quos de mutata dei forma non dissensisse veri quidem simillimum; sed in medio illud relinquo.

His igitur Thessalorum Boeotorumque mythis comparatis ut Thelpusaeorum Phigalensiumque famam supra a nobis enarratam pro nihilo ducant, duobus maxime argumentis commoventur, primum testium aetate, deinde quod in Thessalia et Boeotia originem fabulae repperisse sibi videntur. Testium aetatem quamquam non nihili facio, non video tamen, Arcadum mythus cur cedat auctoritate Thessalorum mytho, quippe quem ante Alexandrinorum grammaticorum aetatem viguisse, nisi aliis argumentis probaveris, testium certe aetate evincere non poteris. Verum sicut in codicibus recte aestimandis non modo solum sed ne gravissimum quidem indicium in annis positum est, ita in mythis quoque vis et

11) Vergil. Georg. 1, 12 tuque o cui prima frementem fudit ecum magno tellus percussa tridenti, Neptune —, ubi non nominavit quidem Thessalam. Verbo fudit adludere poetam ad veram Neptunii equi naturam, non inepte suspicatus erat Prellerus. Quem qui refutare sibi videtur Plewius l. l. I. p. 483 adlati locis Lueret. 5, 917 et Plini h. n. 8, 108, non animadvertisit ab his fundendi verbum de multitidine aliqua usurpari, a Vergilio de uno equo.

12) Etym. m. p. 473, 43 Ἰππος ἡ Πισειδῶν ὅτι δοκει πρῶτος ἡππον γεγενηκένα Σέσυφον (?) ἐν Θεσσαλίᾳ τῇ τριάντα πέτραις, unde dictum Petraei Neptuni sacrum. Probus ad Vergiliū l. l. ‘campi in Thessalia sunt Petrai, in quibus locus Petra nomine percussus tridenti Neptuni, equum qui Scyphos vocatur edidit’. Idem Servius Athenis factum dicit, infra haec addens: sane hunc equum cuiuscunq; nominis alii apud Acardium, alii in Thessalia editum dicunt, in qua etiam montem altissimum ostendunt, ubi primum equus vius sit cet.

13) Schol. Pind. Pyth. 4, 246 Petraeum Neptunum a Thessalis adpellatum ὅτι διατεμὸν τὰ ὄρη, τὰ Θεσσαλία, λέγω δὲ τὰ Τέμπη πεποίκηκε δὲ αὐτῶν ἐπιτρέχει τὸν ποταμὸν Ηγεινόν — οἱ δὲ ἐπὶ τούς πέτρας κυριαρχεῖς ὀπεστερμάτισι καὶ τὸν θορὸν δεξαμένην, ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἡππον πρῶτον cet. Cf. Philostrati imag. 2, 14, ubi Neptunus depingitur tridente rupes dirumpens, Thessalia autem ex aquis surgens simul equum iam manu tenens.

14) Schol. Il. 23, 346 Πισειδῶν ἐρασθεῖς Ἐρινός καὶ μεταβαλόν τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς ἡππον ἐμήγη κατὰ Βοιωτίαν παρὰ τῇ Τικνόστη κρήνῃ, ἡ καὶ ἔχουσα γενομένη ἡππον ἐγένησεν δὲ διὰ τὸ κρατιστεόντα Ἀριόνος ἐλάχθη; nominatis deinde qui ante Adrastum eo usi essent additur ἡ ιστορία παρὰ τοὺς κυκλικοῖς et in alio codice (V) “Οὐρης μὲν ἀπλῶς δὲ θεοτέρας ἡ φύσις, οἱ δὲ νεότεροι Πισειδῶν καὶ Ἀριόνας αὐτόν γενεαλογοῦσιν, οἱ δὲ ἐν τῷ κύκλῳ Πισειδῶνος καὶ Ἐρινός. (Quae in suum usum convertit Eustathius.) Ea ad cyclicam Thebaide referenda esse propter Adrastum, non tam certum quam Rosenbergio p. 27 cum Prellerero p. 153 visum est. Quae enim e Pausaniae verbis 8, 25, 5 αἰνίσσεθαι οὖν cet. nascuntur dubitationes, minime expedivit eas Wüllnerus de cyclo epico p. 62, atque negavit de Thebaide cogitandum esse Welckerus *Der epische Cyklus*² I p. 64. — Hesychius Ἀρίων· ὁ ἡππος Πισειδῶνος οὗδε καὶ μιᾶς τῶν Ἐρινόων.

www.libtool.com.cn

natura testimonia respicienda, ipsa testimonia adequare examinanda et inter se conferenda sunt. Iam si quaerimus, quibus illa de Neptuno debeamus: de Thessalorum mytho nihil habes nisi grammaticorum excerpta et unum Vergilii versiculum, quem ipsum quoque non minus quam Philostratum a grammaticorum vel mythographorum doctrina pendere suspiceris. Similiter quae de Tilphossia illa Furia grammatici nobis tradiderunt aperte a poetis petita sunt, neque eis quidem sinceris mythorum interpretibus. Contra Arcadicam mythi formam non ex aliis sed ex ipsis Thelpusaieis et Phigalensibus acceptam rettulit Pausanias, testis egregius. Nam Prellerus haud dubie erravit¹⁵⁾, cum ita Pausaniae verba intellegeret, ut Antimachus, recentioris Thebaidis poeta, eius famae auctor evaderet. Aperte enim Pausanias non dissentire ait Antimachum a Thelpusaieis de Cerere Furia¹⁶⁾. Relato deinde quem ab his mythum acceperat et adpositis quos illi testificandi gratia duos Iliadis, unum antiquae Thebaidis versum citassent, ipse de suo Antimachi versus adfert¹⁷⁾, eiusque verba cum illorum fama conciliare studet. Quae qui recte secum consideraverit, non dubitabit hercle, quin ex Iliade vel Thebaide nullo modo sua Thelpusaei haurire potuerint, Antimachus autem Thelpusaeorum potius famam secutus sit, quam Thelpusaei Antimachum. Pausaniam vero etiamsi mirabili de Cerere famae parum fidei habuisse recte Rosenbergius p. 26 statueret propter saepius repetitum illud λέγουσι, φασι, nobis tamen hoc ipsum fidendi potius quam diffidendi causam esse nemo non videt. Accedit quod in simili Phigalensium mytho enarrando nullam omnino poetarum mentionem fecit, sed omnia ex ipsis Phigalensibus audivisse testatur praeter ea quae de Onatae simulaera tradidit inde a c. 42 paragrapho quarta. Neque vero altioris antiquitatis documenta desunt, quorum primo loco numero, quod manet

15) L. 1. p. 150. Hunc quoque errorem adoptavit Rosenbergius p. 26. Idem quod p. 29 satis confidenter non solum Phigalensium cum Thelpusaorum fama, sed utramque etiam secum ipsam pugnare adfirmat, non intellexit ille Pausaniae verba, qui 8,42 minime dicit Phigalenses aspernatos esse mythum equinum (*Pferdelegende*). Deam in equam (cf. adnotationis 9 partem alteram) conversam illi quoque neverunt, coque referendum, quod simulacro deae caput equinum fuisse narrabant. Pergit deinde: *Die Thelpusaer dagegen verbreiteten diese Sage, obwohl ihr Demeterbild keine auf sie ziellende Andeutung hatte.* Id ipsum, quamquam explicatione minime eget, Iahnni verbis, quae eadem pag. adposuit explicatur.

16) L. 8, 25 ὁμολογεῖ δὲ στρατι καὶ Ἀντίμαχος cet.

17) Ἐπάγονται δὲ ἐξ Τικάδος ἔπη καὶ ἐκ Θηβαΐδος μαρτύρια στρατι εἰναι τῷ λόγῳ ἐν μὲν Τικάδῃ ἐξ αὐτὸν Ἀρέσιον πεποίησθαι — πάντες δέ οὖν ἐθέλουσι τὰ ἔπη Πισσειδῶνα Ἀρέσιον εἰναι πατέρα. Ἀντίμαχος δὲ παῖδα εἰναι γῆς φύσης et infra ἐπὶ τούτῳ δὲ ἐξ αὐτοῦ Ἀρέσιον ἐποίησεν Ἀντίμαχος cet. Antimachus igitur novit Furiam Thelpusa cultam et Arionem Thelpusaenum, quem quidem ex ipsa terra editum dicit. Callimachus fr. 81 Arionem habet Arcadem, fr. 207 Despoenam (ut Bentleio visum est Schneidero) Furiae Thelpusaee et Neptuno filiam; Lycophron Cererem Furiam Thelpusaeam, matricidii vindicem v. 153 cf. 1225; Apollodorus 3, 6, 8 τοῦτον ἐκ Πισσειδῶνος ἐγένωντος Δημήτρῳ εἰκασθεῖσας Ἐρινός ωτά τὴν συνεστίνην, quibuscum consentit Tzetzes ad Lyc. 153, nisi quod addit hic partim quae apud Pausaniam leguntur, partim nova: Cercrem equam gregi inmissam pavorem equis inieccisse. Ob haec postrema si euheremismi Tzetzem insimulasset Rosenbergius p. 26, recte sensisset. Aperte enim cur Furia vocata sit dea in equam conversa, Tzetzes explicare ratione studet, de equa dea minime dubitans; atque haud scio an idem voluerit Apollodorus.

ad nostram usque aetatem quamvis ad Christianorum opiniones accommodatus ille Cereris mythus. Ita enim volgarium hominum in animis haerent non poetarum ulla inventa quamvis ingeniosa, sed ipsius volgi tantum opiniones ab antiquissimis temporibus propagatae, quod multis antiquorum mythorum reliquiis etiamnum apud Graecos vigentibus confirmatur. Quod de Phigalensium illo mytro cognoveram ex ea quam Conzius et Michaelis¹⁸⁾ apud hodiernos illius loci incolas famam conlegerunt, atque monueram in libello, quem supra memoravi in adnot. 1. Atque postea intellexi, id quod tunc quidem non potui non praetermittere, quadraginta fere ante annis Stackelbergium non modo antrum Cereris repperisse ad Mariae virginis cultum adaptatum sed etiam candem fere famam ibi conlegisse nec non antiqui mythi vestigia adgnovisse¹⁹⁾. Ceres mater cessit Mariae matri virgini; ut olim Cereri singulis annis solemnia celerabantur ita hodie Mariae festum, quod antiquo nomine dicitur πανήγυρις. Ut olim Ceres ita nunc Maria ira luctuque commota lucem fugisse antroque se abdidisse dicitur. Causam doloris non prorsus eandem Stackelbergius acceperat, quam Conzius et Michaelis, ut tamen de summa rei concinerent: infandum propter amorem deam aversatam esse; sed qui in antiquo mytro ipsam deam petiverat ardor, a Christianorum sanctissima Deipara non potuit non ad mortalem aliquam feminam transferri. Ceterum alteram mythi partem apud Conzium et Michaelem fidelius servatam vides, ubi de fratris in sororem amore agitur, siquidem soror Neptuni fuit Ceres; at alteram apud Stackelbergium, amantem dico amatam esse persecutum. Quod vero ad Eleusinium mythum referri possit nihil invenis, videlicet quod ille de Cerere equina ab antiquissimis temporibus propagatus apud volgum valuerat, cum Eleusinia sacra postea per sacerdotes recepta esse verisimile sit.

Non minus certum antiquitatis documentum alterum habemus Indorum mythum a Kuhnio²⁰⁾ cum Phigalensium illo comparatum ita, ut ne nomine quidem diversas esse deas adfirmaret quae ab Indis dicitur *Saranjū*, a Phigalensibus Δημήτρη Ερινός. Kuhnus vero cum aliorum²¹⁾ adsensum tulisset, Rosenbergius p. 34, 1 eo quod Arcadii mythi aucto-

18) *Annali del l'Istituto* 1861 p. 59. Postquam antrum in Elao monte situm ad dextram Neda fluminis ripam hodie τὸ στόμα τῆς Πλαναγίας nominari rettulerunt, in sinistra autem ripa in alta rupe turris medio aevo aedificatae reliquias manere, ita pergunt: una volta, così ci fu raccontato, si trovava là sopra un'immagine santissima della madonna; ma allorquando accadde nel castello, che un fratello innamorato della propria sorella, la Vergine per avversione contro il tremendo delitto abbandonò il castello e si recò in una caverna situata dirimpetto un poco più giù.

19) *Der Apollotempel zu Bassae* (a. 1826) p. 25. Einen Nachhall der Sage von der erzürnten, trauernden Demeter hört man im Munde des Volkes, welches erzählt, die Mutter Gottes habe in Abscheu und Trauer die Menschen gemieden und die Einsamkeit dieses unbetreibaren Ortes gewählt, als einst eine Mutter von ihrem Sohne mit verbrecherischer Leidenschaft verfolgt ward.

20) *Zeitschrift f. vergl. Sprachf.* I p. 439 sqq.

21) M. Müller *Vorlesungen über die Wissenschaft der Sprache* II p. 46 se ipsum quoque eandem graeci nominis etymologiam invenisse adfirmat. F. L. W. Schwartz *Der Ursprung der Mythologie* p. 10. 164. E. Burnouf *La légende Athénienne* p. 132 sqq. Curtius *Grundzüge d. griech. Etym.*⁴ p. 346.

www.libtool.com.cn ritatem argumentatione sua infractum esse putat²²⁾), simul Kuhnii sententiam eversam esse iudicat. Quasi vero Indici mythi auctoritas penderet ab Arcadico, cum hoc luce clarius sit, Arcadico potius ab Indico fidem accedere maximam, vel etiam utrumque alteri esse praesidio, modo tanta eorum similitudo adgnoscatur. Neque ea tam exigua et incerta quam Rosenbergio visa est sed maxima, ad quam prorsus nihil refert, utrum explicationem quoque mythi quam Kuhnii dedit amplectaris, an Müllerum sequi malis, an Schwartzium, an nullum omnino verum vidisse censeas. Quod enim maxime monstruosum est et a nostro sensu abhorrens, id ipsum Graecorum mytho cum Indorum²³⁾ commune: deam dico in equam conversam fugere dei matrimonium, hunc vero et ipsum equum factum persequi illam et equum cum equa, ex Indorum quidem opione, filios geminos procreare, e Thelpusaeorum filium filiamque; qua in discrepantia ille tamen consensus deprehenditur, ut Indicae deae filii ab equis nomen acceperint, cum Cereris partu qui praeter filium editus dicitur Arion ipse equus fuerit. Licet igitur nihil tribuas nominum *Saranjā* et Ερώς similitudini, nihil aliorum mythorum a Kuhnio p. 461 sqq. comparatorum adfinitati, tam singularis ille duorum equinorum mythorum consensus, ut qui casu ortum credere malit, quam ex Indorum Graecorumque cognatione, eum vix sanae mentis esse putaverim.

Verum enim vero intra graecae quoque mythologiae fines nos continentibus nobis tertium superest antiquitatis quod dixi documentum ex Arcadii mythi cum Boeotico similitudine petitum, qua Prellerus quidem et Rosenbergius contrarium effici voluerunt. Utuntur autem ita hoc altero suo arguento, ut mythum, quem in Boeotia ab antiquae Thebaidis poetae confictum esse volunt, a colonis quibusdam in Arcadiam inlatum esse contendant²⁴⁾. Thelpusae vel Tilphossae nomen idem in Arcadia extans quod in Boeotia atque adeo cum altero Ὀγζαὶ (Arc. et Boc.) vel Ὀγζα (Boe.) vel Ὀγζεῖν (Arc.), Ὀγζησθεῖς (Boe.) utroque loco coniunctum²⁵⁾ de communi origine monere facile concedas, at alterum ab altero derivatum et temporibus quidem Thebaide posterioribus, id ne Rosenbergius quidem nisi dubitanter proferre ausus est p. 28, quamquam qui mythum Thelpusaeum e Boeotia fluxisse pro explorato habeat (eodem loco), idem cur de nominibus dubitaverit non

22) Mit der arkadischen Fabel steht und fällt die von Kuhn entdeckte Etymologie, der aus den indischen Fabeln eine herausgefunden hat, die eine gewisse Ähnlichkeit mit der Poseidon-Demetersage hat.

23) Cf. Kuhnium I. l. p. 443.

24) Prellerus I. l. p. 154. Rosenbergius p. 27. Qui parum sibi constare videtur, cum p. 29 Neptuni equestris cultum e Boeotia Arcadibus accessisse ibique cum Cerere (eam enim intellegere videtur) coniunctum esse; contra p. 30 Neptunum antiquitus in Arcadia cum Cerere consociatum docet et e Boeotia Arionem solum eorum religioni adnexum esse.

25) Cf. Bursianus *Geographie von Griechenland* I p. 234 II p. 259, ubi recte videtur de antiqua Arcadum et Boeotorum cognatione cogitare. Parum probabiliter Welckerus *Der epische Cyclus*² I p. 63 propter nomina ab origine utriusque populo communia postea mythum quoque ab altero ad alterum transisse coniecit.

satis intellego. Eo igitur a Prellerero dissentit Rosenbergius, quod ille nominum magis consensu fudit, hic mythi explicazione.

En vero summam argumentationis eorum. Thebaidis poetam adffirmant, quo manifestior esset deorum ira in Thebarum fatis, e Furia natum finxisse equum, qui Adrastum futurum Thebarum expugnatorem servaret. Quid? Differtne hoc ab Herodoteo illo, Homerum Hesiodumque Graecorum deos fecisse? Nam Furia equi mater haud dubie tam in Boeotia quam in Arcadia religione ac cultu recepta erat. Vide igitur Arion itane tantum ab epico poeta Furiae filius dictus fuerit, ut Famam Spei filiam dixit Sophocles. Minime vero. Nam supra vidimus, patrem quoque equo additum esse Neptunum et fontem Tilphossum, ad quem cum dea ille concubuerit. Quid quod ne in his quidem vetus ille poeta substituisse potest. Quid enim causae fuisse putas, cur Furiae amore incensus equum se faceret Neptunus, nisi illa et ipsa ante eandem formam sumpserat? Neque magis equum deum nisi cum equa dea coisse tibi persuadeas. Porro quaerentibus nobis, cur dea formam mutaverit, non alia hercle causa veri similius videatur, quam quo melius dei amorem eluderet, atque si tanti illa faciebat ut fratris amorem effugeret, invitam eam occubuisse et indigne tulisse iniuriam adparet. Ita vero si redintegrantur lacera grammaticorum excerpta talis fere Boeotorum mythus evadit, qualem e Thelpusaeis cognovit Pausanias, praeterquam quod illa Boeotica dea ab initio Furiae nomen habuisse videtur, neque praeter equum filiam quoque peperisse dicitur ut Thelpusae Arcadum; quamquam hoc quoque discrimen ne pluris facias, reminiscere queso, Phigalenses quoque alterum modo divini conubii fructum tenuisse Despoenam. Neque vero illud praetermittendum, quod sicut Phigalensem Furiam non caput solum equinum sed dracones etiam corpori adhaerentes habuisse volebant, ita Boeotorum Furia Tilphossia a Marte draconem peperisse ferebatur. Ad ipsum denique Thilphossum montem quae a Pausania 9, 33 memorantur δεῖλ Πραξιδέλαι, vide an Cereri eae filiaeque similes fuerint. Itaque Prellerum qui sequitur, necesse est hanc ipsam mythi inmanitatem, quam vel a simplici incultoque antiquissimorum hominum ingenio alienam iudicaverit, adeo ab ipso Homeri aemulo inventam esse statuat, atque eo quidem carminis loco, ubi non delectare vellet audientium vel legentium animos, sed augere metum deorum²⁶⁾.

Immo vero quem Pausanias ex Arcadibus mythum cognovit, quem multis ante Pausaniam saeculis in Boeotia neverunt epic poetae, cuius vestigia ad nostram usque aetatem adparere demonstravimus, quem denique apud Indos repererunt viri docti, is quin genuinus et antiquus sit, nullo modo dubitari potest. Thessalorum autem mythus, quem supra enarravimus, quod ab illo paulo magis differt et ad Atheniensium qui est de Neptuni cum

26) Prellerus enim p. 154 sic loquitur: *Es leuchtet ein, in welchem Sinne hier eine Erinnys die Mutter des Arion genannt wird. Es ist dies wesentlich im Zusammenhang der alten Thebais begründet, welche vorzugsweise von dem zürnenden Verhängnisse, welches über der Labdakidenfamilie schwelte, gesungen hat.*

www.libtool.com.cn

Minerva certamine proprius accedit, id nemini sane dubitationem movere potest, nisi qui mythi naturam ignorat. Ceterum adecuratius insicenti haud scio an aliquanto plus etiam similitudinis eluceat. In Thessalia enim equum ad rupem vel ex rupe ortum vidimus, quae quasi proprio nomine Petra vocabatur, et unde Neptuno Petraeo nomen inditum est, eamque rupem tridente percussam simul aquam emisisse. Item in Boeotia equus apud fontem natus est e monte profluentem; atque magis etiam ad Thessalorum Tempe accedit Phigaleum quod hodie nominatur τὸ στόμιον τῆς Παναγίας, ubi per angustas fauces rupibus paene obstructas Neda prorumpit. Thelpusaei denique Cererem post iniuriam acceptam Ladone lavatam dicebant. Nec non illud memoratu dignum videtur, quod et Indorum in mytho et Thessalorum e divino semine terra profuso natus dicitur²⁷⁾ equus, sicut Athenis Volcani filius Erichthonius. Apud Philostratum denique, modo testis ille satis idoneus sit, Thessalam terram una cum equo surgentem conspexit.

Nihil dum de simulacris illis Furiae Phigaleibus dictum, de quibus Pausanias loquitur 8,42. Atque Prellerum quidem minime fugerat, si vera de illis Phigaleenses tradidissent, actum esse de sua sententia. Quamobrem fabulosa ea esse voluit omnia et nulla unquam Furiae simulacula extitisse. De antiquissimo ligneo concedunt Welckerus, Rosenbergius, cum Foersterus non ullum omnino, sed quale a Pausania describitur tantum fuisse neget. Onatae vero simulacrum nemo non tuerit, quod et ipsum quam male cum Rosenbergii sententia congruat, testis sufficiat Prellerus.

Duo maxime erant quae offendebant in verbis Pausaniae, quaeque nullo modo inter se conciliari posse videbantur, primum quod qui de Onatae simulacro non amplius centum annis ante obruto atque deleto nihil fere recordabantur, idem lignei simulaci, quod multis ante Onatam annis evanuisse atque cum ipso deae cultu in oblivionem abisse dicebatur, ad curatam memoriam servabant: alterum, quod cum tam adcurata antiqui memoria maneret, ad facta tamen sive Phigaleibus sive Onatae recurrentum erat, ut deae imago restitui posset. Dicebatur enim in somniis artifex deam conspexisse, atque antiqui insuper simulaci imitationem casu quodam repperisse. Quod ita viri docti intellexerunt, ut Onatam fraude ista legem elusisse dicerent, quae vetaret receptam deorum formam mutari. Ego vero cum Welckerum secutus negassem lignei simulaci memoriam posterioris ab Onata facti superstitem esse potuisse, omnia quae de Cerere in antro sedenti Phigaleenses tradebant ad ipsam deam potius quam ad simulacrum referenda esse demonstravi²⁸⁾ atque naturae conveniens dixi, ut quam fluxa et caduca esset rerum fabrefactarum memoria, tam vegetae et paene aeternae opiniones et imagines vel deorum vel animantium quorundam antiquissimorum hominum animis conceptae. Simil indicavi in ipso mytho deam antro abditam, immobilem a simulacro vix differre, atque idem in hodierna fama, quam a Conzio modo et Michaele tunc

27) Cf. Schol. Pind. Py. 4, 246. Philostr. im. 2,14 supra in adn. 13 et Kuhn l. l. p. 443.

28) *Kritische Bemerkungen* p. 38.

conlectam noveram, manifestum esse monui, cum simulacrum Virginis horruisse locoque cessisse dicatur. Eadem vero apud Stackelbergium, cuius verba exscripti in adn. 19, de ipsa Virgine relata inveniuntur.

At Phigaleenses olim simulacrum ligneum eiusmodi fuisse credebant. Non nego Pausaniae tempore ita illos credidisse, atque ut multo iam ante Pausaniam tempore eam opinionem invaluisse concedam, tamen non pugnant cum ea quae de somniis Onatae apud Pausaniam leguntur. Testatur enim ipse se ea, quae in prima capituli 42 parte usque ad verba τοῦτο μὲν δὴ τὸ ξέαν in fine paragr. 3 leguntur, ex ipsis Phigaleibus accepisse. Contra quae paragrapho 4 continentur e libris ille hausit et his potissimum adductum se ait, ut Phigaliam adiret. Neque fugere quemquam potest, quam re quoque diversa sint a priore capituli parte ea quae in posteriore leguntur: oraculi responsum Phigaleibus datum et inscriptions operum Olympiae collocatorum ad Onatae aetatem definiendam adlatae. Phigaleenses igitur, qui adecuratam lignei simulaci memoriam tenere sibi videbantur, nihil volgo de Onatae simulacro atque fraudibus, siquidem illius fraudes erant, conpertum habebant. Contra in scriptis Pausanias nihil de ligneo signo invenerat nisi casu quodam perisse et adeo memoriam eius oblituisse²⁹⁾, ut nisi ipsa dea casuque iuvante non potuisse eius imago ab Onata perfici.

Quae si vere a me disputata sunt, ex arbitrio quidem deorum dearumque formas fingere artificibus non licuit, sed Onatas certe tantum abest, ut, quod volgo putant, tradita atque recepta deae specie artem suam obstrictam quasi et impeditam sentiret, ut nulla tradita forma ne potuisse quidem eam animo concipere videatur. Sed quae per se iam fabulosa magis quam vera esse videntur de Onata tradita, ea conlato Cereris mytho etsi non omnia, maximam tamen partem ad illius exemplum conficta esse, ut mythum quodammodo repetitum dixeris, ipse conspectus te docebit:

de Cerere:

Dea deos fugiens antro latet abdita;

Per deae iram nihil terra ferente di hominesque fame laborant;

Ubi lateat dea nemo novit deorum;

Casu tandem Pan deam reperit et miro illo habitu conspicit;

Dea cum dis in gratiam redit, et simulacrum eius ligneum in antro collocatur.

de Onata:

Simularum deae evanuit;

ἀλαρπία ἐπιλαρβάνει τὴν γῆν.

Causam irae divinae oraculum aperit; sed unde formam deae restituant haerent³⁰⁾.

Onatas in somniis deam conspicit, casuque imitationem simulaci reperit.

Honoribus deae renovatis, Onatae signum ponitur.

29) Verba in fine paragr. 3 posita τοῦτο μὲν δὴ τὸ ξέαν οὐτε θεού ποίημα ήν οὐτε ή φλέξισπον ὄντα εἰπέλαβεν αὐτὸν μνημονεύσαν et ita possunt intellegi, ut non incendium quidem Phigaleenses ignoraverint sed incendi causam, et ita ut incendi e libris certior factus Pausanias plura de eo e Phigaleibus frustra quaesierit.

30) Qua difficultate laboraverint illi, haec quoque Pausaniae verba arguunt: καὶ Ὁνάταν τὸν Μέκωνος Αἰγαίητην πεθουσαν ἔφεστρα δὴ μισθῷ ποιῆσαι σφισιν ἀγαλμα Δήμητρος.

www.libtool.com.cn Postrema quamquam erant iam a me exposita, placuit tamen hoc loco iterari, cum quia nonnulla paullo melius dici posse videbantur, tum quod iam alterum repetiti mythi exemplum prolatus sum, ad Dipoenum Scyllimque pertinens.

Hi igitur quin artifices vere fuerint e Creta insula orti circa Croesi fere tempora marmore sculpendo clari, sicut tradidit Plinius h. n. 36, 4, nemo dubitat. Neque cetera fere, quae non multa de iis antiqui scriptores tradiderunt, fide indigna habentur. Nam a Daedalo eos artem accepisse, nemo non de Daedalidarum i. e. fabrorum aliqua gente intellegit, licet Pausanias, vel quos auctores ille adhibuit, adeo de ipsius Daedali filiis cogitaverit. Plinius de Dipoeno atque Scyllide haec praeterea habet l. l. 'hi Sieyonem se contulere, quae diu fuit officinarum omnium talium patria. Deorum simulacra publice locaverant iis Sicyonii, quae prius quam absolverentur artifices iniuriam questi abidere in Aetolos. Protinus Sicyonem fames invasit ac sterilitas maerorque³¹⁾ dirus. Remedium petentibus Apollo Pythius respondit, si Dipoenus et Scyllis deorum simulacra perfecissent, quod magnis mercedibus obsequiisque inpetratum est.

Quae tantum abest ut addubitaverint nostri, ut vel suas eis conjecturas superstruere non dignati sint, velut Thierschius³²⁾, auctores rimans iniuriae, quam questi artifices dicuntur, Sicyoniorum nescio quorum artificum suspicatur invidia atque obtrectatione pulsos esse Cretenses, quod recepit Feuerbachius,³³⁾ adornavit more suo Beuleius³⁴⁾, cum Bursianus³⁵⁾ cautius de dissidiis quibusdam Sicyonios inter et Dipoenum Scyllimque ortis loquatur, magis ut videtur Urlichii³⁶⁾ conjecturae favens. Qui quae ante decennium fere nimis sagaciter exposuit, postea contra Brunniūm³⁷⁾ defendere studuit. Ille enim nisi Clisthene regnante non potuisse Sicyone eins modi opera suscipi sibi persuasit. Inter turbas autem post Clisthenis mortem exortas Cretenses quoque artifices ut tyranni familiares in exilium pulsos esse. Eas conjecturas non solum nullo certo fundamento niti, sed etiam pugnare cum Plinii verbis: ‘simulacula publice locaverant iis Sicyonii’ bene monuit Brunnius. Certe Plinius sive Varro sive quisquis haec primus composuit non Sicyoniorum atque Clisthenis sed Cyri Persarumque rebus utitur ad artificum tempora definienda.

31) Videtur marcor potius scribendum?

32) Ueber die Epochen d. bild. Kunst p. 142.

33) Geschichte der griech. Plastik I p. 154

34) *Histoire de l'art grec avant Pericles* p. 375.

35) *Griechische Kunst* in Erschii et Gruberi Encyclopaedia p. 416.

35) Griechische Kunst. 36) Skopas' Leben und Werke (a. 1863) p. 72 et 219. Die Anfänge der griechischen

³⁶) Skopas' Leben und seine Kunstgeschichte I (a. 1871) p. 31 II (a. 1872) p. 20.

37) *Die Kunst bei Homer cf. Abhandl. d. Bayr. Ak. XI, 3 p. 46. Zur Chronologie d. ältest. gr. Künstl.* Sitzungsberichte 1871 p. 546. — Liceat hoc loco etiam eam quaestionem adtingere, de qua maxima inter Brunnium et Urlichium contentio orta, ut quater iam utequer causam egerit. Ego vero Brunnio adsentior, neque tamen omnibus in rebus. Primum igitur unum Rhoeicum, eumque Philaei, unum Theodorum, eumque Teleclis filium vel eo evincas, quod nemo antiquorum

Ac ne ita quidem recte Thierschius l. l., Brunnius³⁸⁾ videntur Plinii verba intellexisse, ut artifices cum sacerdotibus arctissimo religionis vinculo coniunctos fuisse dicerent, siquidem vere ego mythum repperi fontem fabulae de pulsis primum mox revocatis artificibus. Statuas illas Apollinis, Dianaee, Herculis, Minervae, non singula singulorum templorum simulacra fuisse sed unius operis partes, eodem loco, in templo ni fallor sive Apollinis sive Dianaee posita, sed ante Plinii tempora interisse, ea Plinii verba significare videntur. Certe Pausanias nihil de iis dicit. Saera tamen complura et Dianaee memoravit velut Limnaeae 2, 7, 6, Pheraeae 10, 6 et Apollinis unum Lycii 9, 7, alterum Carnei 11,2, tertium item Carnei cum Somno coniuncti 10,2; praeterea commune Apollinis Dianaeeque templum unum, quod ab Epopeo dicebatur conditum 11,2, de quo nihil Pausanias nisi simulacris privum dixit, alterum denique in ea ipsa fori parte quae olim arx fuerat 7,7.³⁹⁾ Quod quidem a Proeto olim conditum dicebatur, id flammis'consumptum erat, sed refectum a Pythocle quodam templum cum simulacro vidit Pausanias, cum permulta tunc antiqua sacra Sicyoniorum desolata iacerent, atque manebant sacra quoque solemnia ad templum illud pertinentia, de quibus haec habes apud Pausaniam:

¹Απόλλων καὶ ²Αρτεμίς ἀποκτείναντες Πύθωνα παρεγένοντο ἐς τὴν Αἰγαίου εισαγόμενην, γενομένου δέ σφισι δεῖματος ἔνθα καὶ νῦν Φόβον ὄνομαζουσι τὸ γυρόν, οἱ μὲν ἐς Κορήν

(cf. Overbeck *Die antiken Schriftquellen zur Gesch. d. bild. Künste bei d. Griechen* p. 273 sqq.) ita
sive Rhœcum sive Theodorum nominavit, ut plures eius nominis artifices novisse videatur, ne Dio-
dorus quidem (et Diogenes Laertius et Athenagoras), qui quidem Theodorum Rhœci non socium sed
filium, Teleclis non filium sed fratrem faciunt atque vel isdem nominibus aliter coniungendis errorem
suum produnt. — Opera ab antiquis scriptoribus Theodoro potissimum adscripta unius hominis vires
atque ingenium illorum quidem temporum adeo non superare concedendum, ut duobus ea dividere
difficilius sit quam tribuere uni. Ceterum platanum vitemque auream, quas maxime placuit poste-
riori Theodoro tribuere, qui contra Charetis testimonium ulli omnino Theodoro tribuat propter
Himerii locum erroris plenum, is vereor ut sanum se criticum praebeat.

Dianae Ephesiae templum ante ol. 46 inchoatum esse nullo testimonio evincitur. Cuius fundamenta quomodo struenda essent, si tricenarius fere Theodorus docuit, haud dubie sexagenarius Croeso operam navare potuit. Neque ut ultra Croesi eum tempora vitam duxisse statamus, quidquam suadet. Nam etsi de Polyceratis gemma anuloque post ingeniosam Benndorfii disputationem (*Zeitschr. für die österr. Gymnas.* 1873 p. 401 s. qq) nemo facile dubitaverit, tamen nihil obstat quominus a patre eam vel adeo ab avo Polycerati obtigisse putemus.

Neque propter Herodoti locum (4,152; omitto enim ut nullius auctoritatis Plinii h. n. 35,152) statuamus oportet perfectum fuisse olymp. 37 Samium Heraeum, cuius architectus primus fuit Rhœucus, de quo scripsit Theodorus. Nam etiamsi conceditur Heraeum ab Herodoto dici aedem, tamen ex eo quod huius aetate donum in ipsa aede collocatum erat, non sequitur illud ab initio eum locum occupasse. An propter Herod. 6,137 Enneacrimum Pelasgorum aetati tribues? Ceterum vereor ut recte olymp. 37 illud donum positum esse statuant. Nam cum per se fabulosa quae bonus Herodotus 4,151 de Theraeorum colonia et de Corobio in Platea insula exposito narravit, tum maxime dubitationem movet, quod cum illis fabulis etiam famosa Colaei navigatio copulata est.

38) *Geschichte der griech. Künstler* I S. 57.

39) Hoc ipsum, non omissum a Curtio *Der Peloponnesos* II p. 489, cur omiserit Bursianus *Geogr. v. Griech.* II. p. 29 pescio.

www.libtool.com.cn

παρὰ Καρπίνορα ἀπετράποντο, τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐν τῇ Αἰγαίᾳ νόσος ἐπέλαβεν· καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις Ἀπόλλωνα θάσασθαι καὶ Ἀρτεμίν. οἱ δὲ παιδας ἐπτὰ καὶ ίσας παρθένους ἐπὶ τὸν Σύνθαν ποταμὸν ἀποστέλλουσιν ἕκετεῖντες· ὑπὸ τούτων πεισθέντας τοὺς θεούς φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἔλθεν, εοque loco pergit Suadae sacrum factum. Similia fieri φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἔλθεν, εοque loco pergit Suadae sacrum factum. Similia fieri φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἔλθεν, εοque loco pergit Suadae sacrum factum. Similia fieri φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἔλθεν, εοque loco pergit Suadae sacrum factum. Similia fieri φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἔλθεν, εοque loco pergit Suadae sacrum factum.

de Apolline et Diana:
Apollo et Diana piaculi causa Sicyonem
adeunt, (videntur primum recepti) sed
terrore aliquo facto in Cretam se
recipiunt.
τοὺς δὲ ἀνθρώπους νόσος ἔλαβε.

a vatibus Sicyonii Apollinem Dianamque
placare iubentur.

missi ad placanda numina septem pueri
totidemque puellae persuadent illis ut
redeant.

Concidunt igitur quaecunque viri docti excogitarunt, quo magis fabulam illam ad rerum gestarum similitudinem adducerent, et restant sola deorum simulacra. Ea ad tripodem ab Hercule raptum referenda esse seita fuit O. Muelleri conjectura⁴⁰⁾. Neque nullo praesidio munitam dixerim cum Stephanio⁴¹⁾. Etenim si propter Plinii verba coniuncta simulacula recte statuimus, non possunt fere argumento aliquo vel actione caruisse, qualia a Dipoeni Scyllidisque discipulis tractata novimus Herculem cum Atlante congregidentem vel cum Acheloo luctantem⁴²⁾. Nam quae in Heraeo Olympiae exstabant deorum dearumque simulacula Doryclidis, Medontis, aliorum illius aetatis artificium opera⁴³⁾, ea neque tempore neque loco prorsus eodem collocata fuisse certum est, ut vel propterea cum Sicyoniorum simulacris conferri nequeant. Dioseuri autem cum coniugibus una et filiis a Dipoeno eiusque

40) Ueber Dipoinos und Skyllis nach Armen. Quellen, Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1835 p. 881. Kleine Schr. II p. 634 (ed. Calvary IV. p. 66.). Minus altera eiusdem conjectura adridet, a Sicyoniis Croeso permissa esse signa, inde in Cyri manus pervenisse.

41) Compte-rendu 1868 p. 34.

42) Cf. Pausaniam 6, 19.

43) Cf. Pausaniam 5, 17.

socio facti⁴⁴⁾ ipso sanguinis vinculo continentur. Ceterum haud scio an eis quae modo disputavi, augeatur aliquantum probabilitas coniecturae Muelleriana. Nonnihil enim similitudinis habet illud de tripode certamen cum eo mytho ad quem Dipoeni Scyllidisque opus referendum esse docui. Eadem fere Sicyoniis cum Apolline et Diana quae Apollini cum Hercule contentionis sive dissidii causa. Verum iratus Apollo cum Hercule sicut cum Sicyoniis illius quodammodo posteris in gratiam reddit. Phocenses contra, qui propter victoriam e Thessalis reportatam et Abis et Delphis⁴⁵⁾ Herculem cum Apolline de tripode certantem Corinthiorum artificum opus dedicaverant, Herculem Apollinis sacrum invadentem intellexerunt haud dubie Thessalos.

44) Pausaniam 2, 22.

45) Cf. Herod. 8,27. Pausan. 10,13.

www.libtool.com.cn

παρὰ Καρμάνορα ἀπετράποντο, τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐν τῇ Αἰγαλείᾳ νόσος ἔπελαβεν· καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις Ἀπόλλωνα πλάσασθαι καὶ Ἀρτεμίν. οἱ δὲ παιδεῖς ἐπτὰ καὶ τριῶν παρθένους ἐπὶ τὸν Σύθαν ποταμὸν ἀποστέλλουσιν ἵκετεύοντες ὅπλα τούτων πειθέντας τοὺς θεούς φασιν ἐς τὴν τότε ἀρχόπολιν ἐλθεῖν, εορτεῖσθαι τοιούτην περιέλαβεν Suadae sacram factum. Similia fieri φασιν ἐς τὴν τότε ἀρχόπολιν ἐλθεῖν, εορτεῖσθαι τοιούτην περιέλαβεν Suadae sacram factum. Similia fieri φασιν ἐς τὴν τότε ἀρχόπολιν ἐλθεῖν, εορτεῖσθαι τοιούτην περιέλαβεν Suadae sacram factum. Quae quam flumine adduci primum in Suadae, inde in Apollinis illud Dianaecque sacrum. Quae quam similia sint illis de Dipoeno et Scyllide a Plinio relatis rursus ita optime puto adparere, ubi summam utriusque fabulae conposuero:

de Apolline et Diana:

Apollo et Diana piaculi causa Sicyonem adeunt, (videntur primum recepti) sed terrore aliquo facto in Cretam se recipiunt.
τοὺς δὲ ἀνθρώπους νόσος ἔλαβε.

a vatibus Sicyonii Apollinem Dianamque placare iubentur.

missi ad placanda numina septem pueri totidemque puellae persuadent illis ut redeant.

Concidunt igitur quaecunque viri docti excogitarunt, quo magis fabulam illam ad rerum gestarum similitudinem adducerent, et restant sola deorum simulacra. Ea ad tripodem ab Hercule raptum referenda esse scita fuit O. Muelleri conjectura⁴⁰⁾. Neque nullo eam praesidio munitam dixerim cum Stephanio⁴¹⁾. Etenim si propter Plinii verba coniuncta simulacra recte statuimus, non possunt fere argumento aliquo vel actione caruisse, qualia a Dipoeni Scyllidisque discipulis tractata novimus Herculem cum Atlante congreidentem vel cum Acheloo luctantem⁴²⁾. Nam quae in Heraeo Olympiae exstabant deorum dearumque simulacra Doryclidis, Medontis, aliorum illius aetatis artificum opera⁴³⁾, ea neque tempore neque loco prorsus eodem collocata fuisse certum est, ut vel propterea cum Sicyoniorum simulacris conferri nequeant. Dioseuri autem cum coniugibus una et filiis a Dipoeno eiusque

40) Ueber Dipoinos und Skyllis nach Armen. Quellen, Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1835 p. 881. Kleine Schr. II p. 634 (ed. Calvary IV. p. 66.). Minus altera eiusdem conjectura adridet, a Sicyoniis Croeso permissa esse signa, inde in Cyri manus pervenisse.

41) Compte-rendu 1868 p. 34.

42) Cf. Pausaniam 6, 19.

43) Cf. Pausaniam 5, 17.

socio facti⁴⁴⁾ ipso sanguinis vinculo continentur. Ceterum haud scio an eis quae modo disputavi, augeatur aliquantum probabilitas conjecturae Muelleriana. Nonnihil enim similitudinis habet illud de tripode certamen cum eo mytho ad quem Dipoeni Scyllidisque opus referendum esse docui. Eadem fere Sicyoniis cum Apolline et Diana quae Apollini cum Hercule contentionis sive dissidii causa. Verum iratus Apollo cum Hercule sicut cum Sicyoniis illius quodammodo posteris in gratiam reddit. Phocenses contra, qui propter victoriam e Thessalibus reportatam et Abis et Delphis⁴⁵⁾ Herculem cum Apolline de tripode certantem Corinthiorum artificum opus dedicaverant, Herculem Apollinis sacrum invadentem intellexerunt haud dubie Thessalos.

44) Pausaniam 2, 22.

45) Cf. Herod. 8,27. Pausan. 10,13.

www.libtool.com.cn